

Iacu submersi, tanta alacritate mortem pertulerunt, ut ipsi met. Duca immembris excidii omen non obcurum facere viderentur. Anno 1475. *Stumpfius lib. 8. cap. 14. Helvetie.*

CONJURATIS, INSIDIATORIBUS. PRODITORIBUS.

CN. POMPEJUS ex acie Pharfalica ad Ptolemaum Aegypti regem fugiens, cum in navicula a Septimio primium, inde a Salvio, & Achilla enfibus strictis invaderetur, ambabus manibus faciem toga intexit, nec quicquam indignum se locutus est, nec fecit, tantum suspitio edito patienter idus excepit. *Plut. in Pompeio.*

Cum caso Cajo, Jul. Lupus iustu Senatus properaret ad uxorem Caii Caioniam, & filiam infantulam occidendas: in Palatio offendit Caioniam humi stratum juxta mariti cada-ver. Quem illa, cum caedis causa advenisse animadverteret, confestim nudatum jugulum praebuit: miserabiliter suam conditionem deplorans, & urgens, ne disserter incepta a fo-cis fabula extremum asium addere. Atque ita magno animo necem pertulit, cujus comitem habuit etiam filiam infantu-lam. *Josephus lib. 19. cap. 2. Antiq.*

PISONE a Galba Imperatore adoptato, Otho conspiratio-nem a praetorianorum Imperator salutatus est. Galba ad tu-multum sedandum in laetitia delato, milites inoffensi occur-rentes ingressum vulnera. Ille jugulum offerens, Agite dum, inquit, si hoc ex Republ. est. Cruribus igitur, & brachiis ejus foedè laniatis, jugulum hausit, ut crebris fama est, Camurius 15. legionis miles. *Plut. in Galba.*

Cum iustu Phocae Mauricii Imper. quinq. filii mates, spectante patre, necarentur, invicho animi robore hanc cala-mitatem pertulit, subinde haec verba repertis: Justus es Do-mine, & judicia tua iusta sunt. Intrepidè tandem etiam ipse cervicem praebuit. *Cadremus.*

CUR. MORTEM TOLERARE. INTENTATAM OB RELIGIONIS, professionem.

Consule locum Martyrum Justitia religiosa, cui Fortitudo in toleranda morte subancillatur, Doctrinam, Philosophiam.

SOCRATES morti destinatus, de cunctis rebus magis, quam de se defendendo, cogitare videbatur. Quare Hermogenes Hipponici filius, Socrati familiaris: Atqui, ait, par erat, o So-crates, de tua defensione curam habere. Nonne, ait Socrates, tibi videor, o Hermogenes, hoc ipsum facere, dum, quemad-modum vixerim, meditor? Putabat autem Socrates omnem defensionem supervacaneam esse apud eos, qui ex vita bene transacta suam innocentiam non agnoscerent. Cum jam ad mortem damnatus esset, Apollodoro comploranti, dicen-tique, Innocens morieris? Quid, inquit, num me nocen-tem morti malles? Ea sane mors libenter subeunda est, in qua criminis innocens homo excusatur. *Xenophon in Apol. Stob. serm. 1.*

Tyrannidem.

Theramenes Atheniensis in publica custodia mori coac-tus, tringinta tyrannorum iustu porrectam veneni potionem non dubitans hausit: quodque ex ea superflucrat, jocabun-dusillium humo clarum edere sonum coegit: reddensque sereno publico, qui eam tradiderat: Palchro Critae (inquit) propitio: vide igitur hoc poculum ad eum continuo perferas.

Beat autem is ex tringinta tyrannis crudelissimus, Profecto est supplicio felibere tam facile, quam supplicium perpeti. Ita-que Theramenes perinde ac in domestico lectulo moriens, vita excessit, inimicorum aelimatione punitus, suo iudicio fin-itus. *Val. lib. 3. cap. 2.*

Oppresso per Hellanicum Eliensium tyranno Aristotimo Uxor ejus oblerato cubiculo vitam laqueo finivit. Duas fi-lias virginis eximia venustate, jam adultas, correptas in pub-licum extrahebant Elienses interempturi, sed ante contume-lia, & probro eas afficere deliberatum habebant. Quibus Me-gisto Timoleontis primarii civis uxor, cum ceteris occurrens, indignam rem perpetrare eos exclamat: si cum liberi esse vel-ent, immanitatem hanc conceperent, & petulantiam tyran-norum sectarentur. Suspiciebat populus mulieris corripientis, & ad lacrymas effusa dignitatem. Ita contumelia statuerunt abstinere, & puellis mortis relinquere arbitrium. Igitur post-quam intro rediitis, ut confestim necem sibi conficerent,

edixerunt, nati major Myo cingulum dissolvit, factoque la-quo forem complexus hortabatur, ut attenderet, & quod se facientem videret, sequeretur: Ne abiecit, inquit, & prater no-stram dignitatem, vitam deponamus. Hic cum rogaret junior hanc ut sibi faceret gratiam quod mori prior posset, cingulum-que retineret: Nihil unquam, inquit, tibi denegavi aliud pe-teni, & hoc quoque accepe munus. Equidem letho acerbitus sustineo, & perferam, quod te visura sim charissima for-antè expirantem, simulque ipsam, quemadmodum collo la-queum aptaret, docet. Quam ut animam conspicit eam exha-lasse, deponit eam, operitque. Hæc inde Megisto precatur, ut curet sedulo: ne ubi mortua sit, honestè abiciatur: ut nemo adesse tam durus, & vel infestus tyranno, cui lacrymæ non erumperent, & quem generosi animi non miseret puella-rum. *Plut. de Virutibus mulierum.*

ANDRONICUS COMENUS tyrannus ab Isaac Angelo im-perio everfus, atque innumera ab infana plebe mala perpe-sus, tandem pedibus suæ alligatis suspensus, generoso tamen animo illata ludibria tolerabat, ac mente integra ad affluen-tem turbam, & jacientem conversus, nihil dicebat aliud, nisi Domine miserere: & Quid calamum contritum infingitis? *Nicias lib. 2.*

Cadem tyranni.

CLAUDIUS a praetorianis Cajo suffectus, in Cati interfe-ctorem Cassium Cherea Tribunum militum, cæteroque conjuratos capitalem sententiam protulit. Quamvis enim fa-cinus per se videbatur magnificum, perfidiae tamen crimen obiectum est, & exemplum erat itaudentum securitatis futuro-rum principum. Ductus est igitur ad supplicium una cum Ju-lio Lupo, aliusque compluribus. Cherea cum ferunt magno ani-mo tulisse id infortunium, nihil mutato vultu ad indecorum habitum, atque etiam Lupo exprobrantem lacrymas. Cumque is detracta veste quereretur de frigore, ille cavillatus est, lupum nunquam offendi frigore. Et insipientem corona eorum, qui deduxerant, rogavit militem, Num exercitatus es? ad cades, & num haberet acutum gladium? postulatque eum, quo ipse Cajum interfecerat. Denique uno istu feliciter cervicem præbens, pluribus istibus demum confectus est. Paucis post diebus quando solenne parentandi tempus rediit, Pop. Romanus dum suorum quisque manes honoraret eadem opera etiam Cherea suam partem in ignem coniciebant, ap-precati, ut propositis non traseretur ipsorum ingratiitudinè. *Josephus lib. 19. c. 3.*

Adulterii crimen.

MARIAMNE regina, Herodis Judaeorum regis uxor, fal-si veneficii accusationibus circumventa, ducta est ad suppli-cium: Id conspicata Alexandria mater, & intelligens fini-lem exitum sibi ab Herode expectandum, volens ostendere se non esse conficiam ejus criminis (cum tamen ejus confitiss Ma-riamne erga maritum fuisset morosior) cepit illa convitium facere, omnibus audientibus, seelissimam, & ingratam ne-ga virum clamitans, dignaque tunc exitio. At Mariamne ne-que verbo ullo eam dignata est, neque vel tantillum intempe-rie ejus perturbata, excessu animo improbare se illius turpem dementiam vultu significabat, ipsa intrepidè specie, ac ne co-lore quidem metu mortis mutato ibat, generosam indolem ex-tremo quoque suo tempore præferens. *Joseph. lib. 15. cap. 11. Antiq.*

Rebellionem.

JOANNES PADILLA a Toledo, & Joannes Bravus a Sal-mantica, popularis rebellionis in Hispania contra Caro-lum V. Rom. Imperatoris duces, capti, per ignomi-niam amnis impositi, per castra circumducti sub voce præconis, & demum jugulati sunt, ut ceteri eo suppli-cii exemplo deterrerentur: Ferunt Padillam æquo animo tulisse eam calamitatem: Bravum vero contumaci ore se proditorem esse pernegasse, ac ob id a liitore virga im-maniter fuisse violatum. Ad quem Padilla conversus di-xisse fertur: Heri inquit, fodes magna virtute nobis de-pugnandum fuit: hodie autem ea æquo animo subeunda atbitror, quia Fortuna tulit, conatibus nostris adversa: cum nemo nisi partim pius, aut infans, ad immortalis Deum in hoc infelici vitæ exitu animum non converterat. *Jovius in Hadriano VI.*

Infidias.

Cum Herodes Judeorum rex multa contra patrios mores in-stitueret, bonis omnibus exortus erat: Itaque anno regni L. decem Civis conjuraverunt, si sceque vestibus texerunt: & in his unius cæcus, ob indignitatem eorum, quæ audierat, non tam paratus ad agendum aliquid, quam ad patendum, si quid asser-

assertoribus patrii moris accederet: cujus exemplo non medio-criter confirmati sunt ceteri. Hi communicatis consiliis in-theatrum vadunt, sperantes nec ipsum regem improvvisum im-petum suum evasurum, aut certe multos ex aulicis ejus stipa-toribus opprimendos: & vel hoc sibi fore motu solatium, si illum violata religionis ergo in populi invidiam adducerent. Et illi quidem quasi duces se hærens præbentes hæc facere statu-erunt. Quidam verò ex eis, quos Herodes ad perferendam, & indicanda talia disposuerat, rem totam explicatus, regi thea-trum ingressuro aperit. Is non ignarus, quantum odiorum si-bi quotidie concitaret, recipit se in regiam, & nominatim conjuratos accersit. Qui comprehensi in ipso facinore, & scien-tes multum esse effugium, decreverunt præsentem necessi-tatem ferre forti animo. Nihil enim inficiati, interitè vultu ficas protulerunt, profitentes se rectè, ac pie conjura-se, non propter privatos affectus, aut sui commodi gra-tia, sed pro disciplina publica, quam nemo bonus viola-re, non morte quidem sibi intentata, sustineat. Hæc illi, cum magna confidentia pro se attulissent, a regis abdu-cti, per omnes cruciatus necati sunt. Nec multo post de-lator eorum invidus omnibus, a quibusdam interfectus, frustratim confusus est, & obiectus canibus, idque multis inspectantibus. *Josephus lib. 15. c. 11. Antiq.*

PATIENTIS. TUM QUI MORTEM PERFERUNT. CONSTANTER. Philosophi.

Obit PYTHAGORAS hoc modo. Cum in ædibus Milonis familiaribus suis affideret, accidit, ut ades ex invidia fuc-cidentur a quodam, qui in eum certum receptus non fuerat. Alii dicunt, ab ipsis Croniatibus id esse factum, metu ty-rannidis. Ac Pythagoræ egressum, cum ad agrum fabis ple-num pervenisset, restitisse, ac dixisse. Capi præstat, quam Calcare: interfici, quam loqui, & sic a persecutoribus esse jugularum, eodemque modo plurimos sociorum ejus periisse, qui ad quadraginta essent. *Suidas.*

Reges.

ACTIS rex, Eudamida filius, ob popularem factionem, & Lycurgi legum conservationem a Leonida rege, prodicione Apharis Ephoris, & Democharis, in carcerem abreptus erat. Ephori reliqui subito ingressi fuerunt cum actionem suam causam dicere. Ridente illo dissimulantiam illorum, Amphar-es haud impune ait latrum pœnæque daturum temeritatis. Hic alius Ephorus tunc junior in Agim, & culpæ efflu-gium ostendens, requievit: Parafest-ne ea Lylandri, & Agelisi Ephorum coactu? Ubi respondit Agis, Coactu à nemine, sed a mulatione, & exemplo Lycurgi eadem profec-turum se inflicta: iterum idem rogavit: Et quid eum pœn-teret factorem? Negante juvene, quamvis extrema pericula ante oculos cerneret, pœnitentem optimorum consiliorum, damnaverunt eum rei capitalis, imperaveruntque lictoribus, ut in Decadem (vel Cajadam) quam appellant, cum aufer-ent. Is locus in carcere est, in quo judicatos strangulant. Cernens autem ministros Demochares dubitantes attingere Agim, comminatus is, & convitatus, rapuit Agim ipse in illam cameram: Jam enim aderat Agidis mater, & avia, vo-ciferantes, obsecrantque, ut rex Spartiarum audiretur, cau-samque diceret ad populum. Unde potissimum necem matu-raverunt, veriti, ne si supervenissent plures, nocte eriperetur. Agis, ut conspexit quendam ex Ministris stentem, & ingemis-centem: Mitte tu me, inquit, desistere. Etenim ego, qui ita nefariè, & violenter pecco, præstantior sum interfectoriis. Ita factus, collum ultra obtulit laqueo. Amphares ad januam progressus, & Agelistratam matrem ad genua sua provolutam excitans, Nihil, inquit, gravius in Agim, vel atrocius confu-lit. Jussit etiam illam, si videretur ad filium ingredi. Illa matrem quoque admitti secum precante: Nihil, inquit, velle-t, Amphares. Ambas cum admittisset, & iterum claudi præ-cepisset ostium carceris, priorem Archidamiam jam admodum anam, quem in summa inter civis dignitate contenerat, ad mortem tradidit. Ea interfecta, Agelistratam jussit introire. Quæ ingressa, ut filium plectatur humi jacentem, & exanimem ex recti pendente matrem: ipsa Ministris adjuvit in ea detra-henda, collocatumque juxta Agim corpus ejus cooperuit, & velavit. In filium ruens, & faciem ejus osculata: Nimia tua, inquit, fili, modestia, lenitas, & humanitas no-biscum perdidit. Ibi Amphares, qui ex janua speculabatur,

L.B. Theatr. vite Hum. Tom. VII.

quid ageretur, & voces excipiebat irrupit, stidentisque Age-listrata dixit: Ergo si filii facta probasti, eadem quoque ra-tione in te consulatur. Agelistrata autem ad laqueum exurgens: Tantum sint hæc, inquit, ex usu Reipubl. Spartana, Eo fa-cinore inter civis enunciato, tribulque elatis cadaveribus, non fuit metus tantus, qui præ se ferrent civis graviter istis ang-i, Leonidamque, & Ampharem detestari, nihil atrocius, vel scelestius, ex quo Peloponnesum incoluissent. Dorii admittum Spartæ existimantes. *Plut. in Agide.*

Duces.

Cum DIOMEDEON cum novem Collegis Prætoribus dam-natus esset a populo Atheniensi, quod in pugna ad Arginu-fas occisos Athenienses non sepevissent, in concione pro-dit inquit: Quod a vobis in capita nostra decretum fuit, oro felix, & faustum exultat huic populo: vota verò quæ pro victoria diis per vos nominata fuerunt, quandoquidem fortu-na vos prohibet, vestra potissimum interesse videntur, ut sol-vantur curare. Igitur Jovi liberatori, Apollini, Deabus ven-erabilibus perfolvit. Horum namque invocatis numinibus debellavimus hostes. His dictis vir optimus cum reliquis ad destinatum supplicium ductus est, cum maxima optima consi-que civis commiseratione, & lacrymis. *Diod. lib. 15.*

PHOCION, vir de Atheniensium Republ. optime meritis, cum suæ creditum fidei Nicanorem Cassandri Ducem, qui Munychia occupaverat, dimisisset, & ad Polyperconteum An-tipatri ducessecessisset, missus est a populo Agnonides the-ator, qui cum cum amicis accusaret. Rex Antipatri F. Athe-niensibus cause cognitionem permisit: Reduxit ergo Phoc-ionem cum amicis Athenas Clitus, verbo ad causam dicen-dam, revera capitis damnatos. Species fuit perquam mitis veditate, Plaustris vestri per Ceramicum fuerunt ad theatrum. Optimates civitatis Phocione conspecto, qui octogesimum annum superabat, & quinq. quadraginta pratura, cum laude administrarat, robore perfunctus, capiteque dejecto la-crymas profuderunt. Unus autem exurgens dicere est, ausus Cùm tanti judicii populo rex postestatem permisit, debere servos, & peregrinos concione cooperire. Non ferente id ple-be, sed vociferante lapidibus summentes eos, qui paucorum foveant potentiam, populique hostes, nemo ultra verba fa-cere tentavit pro Phocione. Ille vix tandem auditus. Verum, inquit, jure nos an per injuriam statuistis interficere? Respon-dentibus quibusdam, Jure. Hoc qui cognoscetis, inquit, nisi audiveritis? Cùm nihilo magis aures præberent, accedens propius. Ego, inquit, fateor peccasse me, atque ob actiones meas rei capitalis me iudicio: verum hos Athenienses, qui nihil commiserunt, quam obrem necabitis? Respondente mul-titudine: Quia amici tui sunt, abscedens Phocionem continuit. Ibi Agnonides recitavit plebiscitum, ex quo lauri erant sus-fragia, an deliquisse videretur. Si damnati essent, fumen-dum erat de iis supplicium. Recitato plebiscito, postularunt quidam, adderetur, ut Phocion ante supplicium tormentis laceraretur: inferrique rogam, & tortores juserunt acciri. At Agnonides etiam Clitum videns indignantem, & camque rem barbaricam censens, & tetram: Ubi Callimedontem, inquit, verberonem Athenienses renuerimus, cum tum ex-carnificemus, de Phocione nihil ego sero ejusmodi. Hic pro-bus quidam vir succlamavit: Rectè tu sanè, nam Phocionem sitoterimus, tibi quid faciamus? Comprobato plebiscito, populoque in suffragia misso, nemo sedens, sed exurgentes omnes, plerique & coronati, damnaverunt illos rei capita-lis. Erant cum Phocione Nicoles, Thudippus, Hegemon, Pythocles. Insuper Demetrium Phalerum, Callimedon-tem, Chariclem, nonnullosque alios capitis absentes dam-naverunt. Postquam igitur dimissa concione illos ad carcerem duxerunt, alii complectentes eos amicos, & familiari-bus, ejulantes & lamentantes ibant. At Phocionis vultum cum talem viderent, sicut cum dux solet a concione deduci, frue-bant imperterritum, & excelsum animum ejus. Inimici vero prætercurrentes incelsabant eum convitis. Unus etiam insupit in eum. Ibi Phocionem fama est, conversum ad archontas di-xisse: Nemo hujus reprimet petulantiam: Obvius ei factus Emphyletus, sive Emphitius, ut habet Aristides, cum di-xisset, O quam indigna pateris Phocion? respondit. At non inopinata: hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses. Cùm Thudippus in carcere cicutam cerneret, quæstus est, & deploravit calamitatem suam, quod injus-tè cum Phocione occideretur: Etenim non præclare agit, inquit, putas tecum, quod sustollaris, cum Phocione? Rogato quodam.

Tt 3



quodam amico, Num quid ad filium vellet Phocum: Maximè A inquit, jubeo, ut injuriarum populi Atheniensis obliviscatur. Nicocle, qui amicus ejus fidelissimus erat, rogante, sibi, ut permitteret priori venenum haurire: Hæc quidem, inquit, tibi per omnem vitam denegavi altitud, hoc quoque largior. Ubi biberit jam omnes, desecit venenum, & carnifex aliud negavit se tritum, nisi duodecim drachma essent sibi numerata, quanti denarii pondus variebat. Cum intercederet mora, & tempus traheretur: Phocion accessit quodam amico, ait: Annè gratis quidem moti Athenis liceret? petitque, ut carnifici illud aris daret. Dies erat mensis Munychionis non fidecimus, ac pompam Jovi agentes prætervehantur equites: quorum alii coronas detraxerunt, aliis suis lacrymas fores carceris respexerunt. Existimaverunt illi, qui non profus erant immanes, rem maximè detestandam: quod non sustinisset illo die, neque à cæde publica sollempne agens abstinisset civitas. Atqui, quasi nimis rectè ludos egissent, visum inimicis est, ut etiam corpus extra fines proiceretur Phocionis, ac ne quis Atheniensis rogum funeri incenderet. Quamobrem nemo amicorum corpus fuit ausus attingere. Conopion quidam tali affectus ministerio operam locare, exportatum ultra Eleusina cadaver igne ad mulieris Megaricæ sumpto combustit. Ibi mulier Megarica, cum ancillis assistens, tumulum honorarium aggestit, atque inferias dedit Phocionis: ossa in sinu collegit, eaque nocte domum deportata defodit apud focum, cum his verbis: Apud vos optumi penates has boni viri reliquias depono, Eas vos, cum Athenienses ad mentem redierint, patrio reddite sepulchro. *Plutar. in Phocione, & Alian. lib. 12.*

Postulatus proditionis CHABRIAS, cum Iphiarate, increpabatur ab eo, quod in tanto discrimine gymnasia nihilominus inviseret, nec non constitutis horis pranitaret. Aris: Quid, inquit, aliud? te quidem squallidum, & cibi inopem; me vero prantum, pungentatumque Athenienses periment. *Cælius lib. 9. c. 11. Ant. Lest.*

Virgines.

Consule Tit. Martyrum.

C POLYXENA, cum adduceretur ad mactationem præsentem toto Græcorum exercitu, apud Eurip. in Hecuba sic ait: O meam, qui excidistis Argivi civitatem, lubens morior: Liberam vero me, ut libera moriar, per deos quoque, dimittentes occidite. Apud matris enim ferva vocari, regina cum sim, pudet me. Tum mamillas ostendit, & pectora tanquam statua pulcherrima: & dimittens ad terram genu, dixit omnium commiseratione dignum sermonem: ecce, hoc siquidem pectus, o juvenis, ferre cupis, ferito: si verò sub cervice mavis, adest cervix exprompta hæccine.

Matrona, Regina.

EURYDICE Macedonum Regina ab Olympiade regno exuta, cum sibi ab ea gladius, laqueus, & cicuta mitteretur, optione data, quomam istorum vellet uti ad mortem: comprecata est deos, ut Olympiadi talia rependerent: cinguloque se suspendens finit vitam, nec lacrymis deplorans fortunam suam, nec magnitudine calamitatum abjecta. *Diod. l. 19.*

D OLYMPIAS Alexandri Magni mater à Castandro obfessa, de mium incolumitatem pacta, se hosti tradidit. Eam deditam, quia ob fidem, quam acceperat, violare nefas erat, occultè subornat Castander, qui Olympiadem apud Macedones crudelitatis, & savitiae in suos accusarent, & ut sunt multitudinis studia, quæ facillè cum fortuna mutantur, magno omnium consensu damnata est. Olympias ubi percussores ad se misos sensit, duabus ancillis inmixta, ultrò illis obviam processit. Qui ad eadem venierant, Philippi, & Alexandri memoria animum subeunte, attonitis similes ferrum inhibuerunt. Superveniunt inde alii à Castandro missi. Illa ubi ferrum in se nudari vidit, non ejulavit, & vociferatione, sed virorum fortium more, compolita circa corpus veste, ut honestius caderet, pluribus vulneribus consilia concidit, ut magni regis uxorem, multo majoris matrem, cadendo facillè agnosceretur. *Sabellicus l. 7. Enead. 4.*

CLEOMENES Spartanus Rex, Alexandria exul, conspiratione contra Ptolemæum Philopatorem facta, cum ea male processisset, sibiipsum cum focis manibus intulit. Cratesilea Cleomenis mater, quamvis generosa mulier, demisit ex magnitudine calamitatis animos, liberoque complexa Cleome-

nis, projecit se in lamentationes. Ex filiis stirpis major ex fastigio domus, præter omnium expectationem desiliens, in caput E se precipitem dedit: atque afflictus quidem fuit, non expavit tamen, sed sublaris est clamans, & fremens, quod interpellaretur mori. Ptolemæus corpus imperavit Cleomenis exoratum in Crucem agi, necari in super liberos ejus, matrem, & forminas ejus comites. In his Pantei quoque UXOR erat, qui Cleomeni socius fuerat conjunctionis, eximia, & ingenia in primis forma. Brevi post nuptias in ipso amorum fervore in has incidit arummas. Eam comitari Pantei fugam per mare cupientem prohibuerat parentes, ac vi inculsam asserabant. At illa paulò post parato equo, ac pauculo are, arripuit nocte fugam, Tænarumque citato profecta cursu, navem, quæ inde solvebat in Ægyptum, conscendit, & ad virum pervenit, fortique animo, & hilari, peregrinationis se viro præbuit sociam. Hæc tunc Cratesisciam, dum à militibus ad supplicium rapitur, manu duxit, pepulum ejus sublevans, ac confirmans, ne illum quidem mortem trepidantem, verum unum modo perentem, ut ante pueros sustulisset. Postquam ad supplicium locum perventum est: pueros primum vul oculis Cratesiscæ, deinde illam interfecerunt. Illa unam hanc vocem tantis in malis misit: Quò pueri estis profecti? At Pantei uxor stola succinda valens mulier, & eminenti statura, unamquamque morientium silentio, & sedatè curavit, atque ex præfanti copia velavit. Tandem omnium novissima semetipsum composuit: deductoque amictu neminem accedere permittens, neque conueri se, extra unum, qui ad jugulandum ipsam præpositus erat, vitam deposuit fortissimè: neque eguit quoquam, qui se adoraret, & obnuberebat excessu. Ad eò in morte animi decus usque retinuit, conservavitque, quam viva corpori custodiendo adhibuerat curam. *Plutar. in Cleomene.*

NERO Imp. percussoris matris submisit, qui eam occiderent. Ut centurionem stringentem ferrum vidit AGRIPPINA, utrum protendens, Ventrem feri, exclamavit. Hic est, hic est iodicindus ferro, qui monstrum tale tulit, ministrumque rogavit, ut utero diron enfem conderent. *Suet. & Dion.*

CUR MORTEM PERFERE FORTITER ob Republica Patria salutem, victoriam.

CODRUS Atheniensium rex, cum in bello Peloponnesiaco accepisset oraculo, vitricem fore gentem, cujus Princeps foret periret: gregarium se fingens militem, inimicis occidendum se præbuit. *Herod.*

RISACES equito mortem fuit ubi, ut patriam à Persarum obsidione liberaret. Mutulatis enim sibiipsum naribus, & auribus, ad Persas transfugit, eoque in vastas solitudines, unde neque progrediendi, neque revertendi potestas concederetur, deducens, à Chiliarcho capite plexus fuit. *Polyæus lib. 7. & Justinus ex Trogo.*

CÆLIUS prætor urbanus, cum jus dicenti picus in capite incidisset, & aruspices respondissent, dimissa ave hostium victoriam fore: necata, populum Romanum superiorem, ac Cælium, cum familia periturum: avem occidit. Qua occisa, Rom. exercitu vincente, ipse cum quatuordecim Cæliis ex eadem familia in prælio est occisus. Hunc quidem non Cælium sed Lælium fuisse, & Lælios, non Cælios perisse credunt. *Frotonius lib. 4. c. 5.*

P. DECUS, primò patet, postea filius, in magistratu se pro Republica devoverunt: admittique in hostem equis, adepti victoriam patriæ contulerunt. *Front. l. 4. c. 5.*

Fidei declarationem.

Cum pestifera seditione Syracusarum, tota regis Gelonis stirpis, evidentissimis exhausta cladiibus, ad unam filiam Harmoniam virginem esset redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix ejus æqualem illi puellam regio cultu ornata hostilibus gladiis objecit. Quæ cum neque sero petita, cujus esset conditionis, edere vellet, admirata illius animum Harmonia, tantæ fidei superesse non sustinuit, revocatoque interfectoris, professâ quamam esset, in eadem suam convertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit. *Varonius l. 3. c. 2.*

Mahumetes II. Turcarum Imperator, cum ad Belgradum infeliciter pugnavisset, CHASANEM Janizarorum ducent acriter increpavit, & pugnam repetere jussit. Ille verò ubi faucibus non possent, integri pugnam capessere nollent: Ne quid de fide male dubites, Imperator, inquit, esse dum dabo. Et in medios hostes solus intrumpens, non inultus perit. *Chalcocondylas l. 8.*

VITÆ PERICULORUM TOLERANTIA. PERICULORUM METU non examinati.

RESPECTU RERUM, QUÆ impendent à Terremotu.

ALPHONSUS Aragonum rex, cum Virgiliانا lectione præcipue delectaretur, & terra fortè (cum in 4. *Æneid. lib. legeret de morte Didonis*) moveretur: obstupescens aliis dixisse fertur: An mirum vobis videtur, si in morte tam celebris reginæ (cujus mortem apud Virgilium divus Aurelius Augustinus nunquam sine lacrymis legisse fertur) terra incremisset? *Parvorn. lib. 1. de Rebus gestis Alphonso.*

IDEM dum sacro interest, orto terremoto, comites fugere prohibuit, nec nisi perfecta res divina discessit: illum ingeminans, Corda regum in manu Dei sunt. *Egidius Corrozetu. de didis ty. factis memorab.*

NAUFRAGIO.

B JASON & TYPHIS vitam ventis primis commiserunt, & vias maris, quæ natura negat, teste Claudiano, aggressi sunt, Tristes Hyadas, rabiemque Noti, Infames scopulos Acrocræantia, & mare turbidum, ut ait *Horat.* sicis oculis profpicientes.

PTERHO Elientis, in tempestate conspiciens cæteros animo esse depreciores, cum ipso nihil moveretur: ostendit porcellum in navi securè edentem, dicens: Oportet sapientem eam animis imitari fecitatem. *Laert. l. 9. c. 11.*

C JULIUS Cæsar, impatiens legionum tardioris à Brundisio Apolloniam trajecit, per simulationem adverse valetudinis convivio egressus, servili veste tectus, naviculam conscendit ex flumine, ac maris Adriatici fava tempestate fauces petiit: protinusque in altum dirigi jussu navigio, multum ac diu contrariis jactatus fluctibus tandem necessitati cessit. *Valerius lib. 9. c. 8. & Plut.*

GUILIELMUS Russus Anglorum rex in Normanniam properabat. Erat tùm mare, flante Austro, valde turbatum: quare nauæ admonerant, non esse tutum, ut se pelago committeret. Ad ea rex, inquit: Dare proximus vela ventis: ostendit enim C. audivi regem aliquem undis submersum. Ita solvi, ac repente quasi divinitus mutato vento, pacatoque mari, in Normanniam tanta celeritate pervenit, ut longè sanam adventus sui præcisset. *Polya. lib. 10.*

RUINA.

CAROLUS quintus, an. Salutis 1530. ut coronaretur à Clemente septimo Bononiæ per pontem ligneum pensilem in D. Petronii sub umbella procedens, ad vestibulum pervenerat, cum tabulata pontis pragrante prætorianorum turba, facta sunt, & plerique militibus immixti, fædo casu procedentes, sese pilis, atque securibus induerunt, inter quos fuit Albertus Pighius Belga. Intrepidè respiciens Cæsar, leniter arripit, ita ut fortunam suam certis cognoscere videretur, quæ caput, & vocit omnibus benignissimè semper aspirasset. *Jovius lib. 37.*

VENENO.

ALEXANDRUM Magnum in Sicilia gravis daturus morbus, quem alii cum ex laboribus, alii, cum in amni Cyadno gelidissimo corpus, abluisset, contraxisse ajunt. Hic cum ex cæteris medicis remedium nemo promitteret, timerent, sititabant, obsecrationem apud Macedonas: Philippus Acarnam spem salutis quidem in præcipiti videbat esse, verum amicitia ejus fretus, & indignum ratus, si cum rege in discrimine posito una discrimen subiret, nec ultima remedia tentaret, vel cum periculo: aggressus est remedium ciasseret, adhortatusque eum, ut admittiret id, & hauriret, si festinatè valetudinem reciperet, ut ad bellum quibus ei denunciavit, ne salutem suam committeret Philippo: magnis muneribus eum à Dario, & nuptiis filiz ejus esse ad interficiendum Alexandrum redemptum. Hic postquam epistolam accepit, nulli eam amico- rum ostendit, sed subiecit eum pulvino. Ubi dies illuxit, & Philippus cum amicis ejus, & poculo, in quo diluerat mendicamentum, intravit: tradidit illi epistolam: ipse medicinam accepit alacriter, & intrepidè. Fuit mirificum, & videndum spectaculum tùm hujus bibentis, tùm illius legentis: *L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.*

inde simul inter se dispari modo contententium: verum Alexandri lato vultu, & exportecto suam in Philippum benevolentiam, & fidem præferentis, indignantis illius ob calumniam, & nunc deorum fidem inelamantis, manufque ad eorum tendentis, nunc in lectum incubentis, & Alexandrum omisso metu sibi hortantis, ut fidem haberet. Medicamen enim fupero initio corpore, quasi impulsit, & demersit in imum vires, ut vox quoque interluderetur, atque interveniente infuper animi defectu sensus superesset exilis, & perexiguus. Cito tamen sanitati à Philippo restitutus, viribusque recuperatis, in conspectum Macedonum venit. Neque enim prius à confectione discesserunt, quam aspexissent Alexandrum. *Plutar. in Alexandro.*

BENEDICTUS Abbas Florentium Presbyterum vitæ suæ insidiantem, patientissimè tulit. Panem veneno infectum sibi ab illo muneri missum (licet dolos divinitus cognovisset) benignè accepit, ne recufando scelus hominis proderet. Cæterum ab euntibus, qui panem attulerant, corvo aliti præcipit, ut illum rostris sublatum transportaret, ubi contingit à nemine postea: & protinus volucris illa jussis ejus obediuit, cujus sanctitati homo invidabat. *Marul. lib. 5. c. 2.*

COSMUS Florentinus, dux magnus, & illustrius, cum ALPHONSO Aragoni dono mississet Titi Livii Decades, prohibuerunt mendici ne librum attredaret, ab hoste missum veneni suspicione. Rex primo simulavit sese illis assentiri. Mox librum manibus accepit, legit & evolvit. Subinde medicos adhortans, desinere incepte. Regum namque animas non privatorum libidini subiectas esse, sed sub Dei tutela, sacras, lætæque agere, *Parvorn. l. 1. de Rebus gestis Alphonso.*

PESTILENTIA.

ADRIANUS VI. in atrocissima pestilentia vastitate, quæ omnia Romæ sub annum Sal. 1522. depascabatur, pastor oves non deseruit, sed Germana constantia aliis plerisque magnatibus sibi fuga consulentibus, ipse nec pavidus multum, nec anxie pharmacis armatus, in urbe permansit, eo officio incolis libenter gratificatus. Omnem severitatem angustulit, quam Libitinae magistratus exercere consueverat adversus eos, qui sese contractato, & dissimulato in columibus miscuissent. Quæ libertas, & dissoluta evagandi, regendique morbi licentia, Urbis scilicet multiplicatis funeribus mirum in modum deformavit. Itaque hortantibus Triumviris Romani populi conservatoribus, instaurati sunt magistratus, cum officialibus, & revocate leges ad veterem formam puniendæ multitudinis, quæ edictis minime paruisset. *Jovius in ejus vita.*

PERSONARUM. PERICULORUM

impendentium ab Insidiatoribus.

Insidias sustinere, ferre.

Plurima exempla ex Titulo Clementia erga insidiatores, pti possunt. Hic mortis insentatæ Tolerantiam consideramus: illic verò Clementiam erga insidiatores. Sub loco Affectuum quoque Titulum ad eas & Securitarii tractavimus: illic primos, hic secundos motus considerantes.

NUMA inito regno protinus cohortem trecentorum, quibus stipatus Romulus semper fuerat, quos appellaverat Celeres, exauctoravit. Neque enim dissidere fidem sibi habentibus, neque imperare dissidentibus, in animum induxit. *Plut. in Numa.*

Suspicionem C. JULIUS Cæsar quibusdam suorum reliquit, neque voluisse divitiis vivere, neque curasse, quod valetudine minus prospera uteretur: id eo quæ & quæ religiones monebant, & quæ renunciarent amici, neglexisse. Sums, qui putent consilium cum novissimo illo Senatui consulto, ac jurejurando, etiam custodias Hispanorum, cum Gladiis inspestantium se removisset. Alii diversò deteriori conditione civilia bella subitum. Suetonius de senectibus aliquando nonnullis Brutum, cum esset jam in manibus conjuratio, non præbuit aures: sed corpus manu tangens, ad delatores ait: Hæc cutis expectat Brutum, significans imperio quidem ob virtutem Brutum dignum, sed imperii causa non futurum ingratum, neque improbum. *Plut. in Cæsare.*



Cum aliquando infidiae CLAUDIO Casari detestati essent, cum A qui delatus erat, contempserit, nec ulla eius habita ratione dixit: Pulicem non eodem modo, quo belluam, esse ulciscendum. Zonaras.

VESPASIANUS, momentibus amicis cavendum esse Metium Pompofianum, quod vulgo crederetur genefim habere imperatoriam: in super Consulatum fecit, spondens quandoque beneficii memorem futurum. Suet.

TITUS Imperator, cum duos amplissimi ordinis viros in manifesta conjuratione deprehendisset, ut cogitatum scelus abnuere non possent, deductos in spectaculum, utrumque sibi affidere iussit: petitoque ex industria gladio Mirmillonum quasi ad explorandam aciem, uniatque alteri dedit. Quibus percussis, & constantiam mirantibus, inquit: Videtisne potestates fato dari, frustra que tentari facinus, potiundi spe, vel amittendi metu? Fratrem Domitianum, ut Sextus scribit, parantem infidias, militumque animos sollicitantem, flens seipsum obfatus est, ne patricio affequi cuperet, quod & se volente esset obventurum ei, & jam haberet, cum esset potestatis participes. Cyprian.

PERVINX Imperator ab amicis admonitus, ut pratoriano B rum militum infidias eaveret, qui cum conarentur e vita tollere: respondit, Se nequaquam male sibi concium esse: non decere imperatoriam maiestatem latebris aut fuga consulere vitae suae. Herod. lib. 2.

DOMINICUS Praedicatorum pater, ab haereticis, qui ei infidiantur, interrogatus. Quid facturus esset, si comprehensum trucidare vellent? Precarer vos, inquit, ne uno ictu mortem mihi inferretis: sed prius particulatim mutilantes, membrorum meorum frustra ante me numeranda exponeretis: deinde hos oculos effoderetis: & postquam me aliquando in meo volutassetis sanguine, tum demum reliquum corpus caesum dilaniantes, crudeliter extingueretis, pro nomine Domini mei Jesu Christi. Obstupescit illi tanta viri audacia, intactum dimiserit. Aliis etiam haereticis necem minantibus, Nondum se martyrii gloria dignum dixit, sed ut dignus evaderet valde cupere. Igitur neque infidias inimicorum, neque minis deterritus est, ne vel pergeret, quo necesse erat: vel loqueretur, quod opus erat ad salutem multorum. Marulus lib. 5. c. 5.

HILARION, cum adolescens adhuc in solitudine esset, latrones in se grassantes intrepidus excepit. Rogatus ab his, Quid est, quod vim non formidaret? Quia nudus, inquit, sum. Cur non vulnera, ajunt, & mortem. Non talia, inquit, ab eo rimentur, qui paratus est mori. Quam illi in adolescente constantiam non solum ita mirati sunt, sed etiam venerati, ut petita venia innoxii retro abierint. Sab. lib. 8. c. 5.

ALPHONSUS Aragon, rex interrogatus a suis, Cur sine satellitibus saepenumero incederet? De innocencia associatum incedere, respondit. Panorm. lib. 2. de Alph. reb. gestis.

Cum PHILIPPUS Maximiliani Imperator filius ex Hispania in Flandriam rediret per mediam Galliam, incredibile est quanta magnificentia, & honore regis Ludovici XII. iussu, exceptus fuerit: cumque rex praeter fidem publicam, qua per totum Galliae regnum iter faciens tutus esset, nonnullos ex summi regni proceribus, tanquam obfides in Flandriam, ut ibi tandiu donec ipse iter conficisset manerent, misisset: Philippus quamprimum Galliam attigit, ut se penitus eius fidei committere ostenderet, obfides liberari iussit. Guicciard. lib. 5.

Patris magnanimitatem imitatus CAROLUS V. Francisci. I. D Gallorum regis fidei sese contulit. per mediam Galliam ab eo ductus, quem ipse captum Papiae in Hispaniam ad se ducendum curaverat. Dubitabile est igitur, majorne Caroli fortitudo, an Francisci fides fuerit.

HOSTIBUS.

Ex loco fortitudinis propulsantis hic non pauca, quandoquidem adioni omni sua jungitur passio, & propulsando etiam tolerare cogitur.

PUGNAE PERICULA QUAEVIS SUBIRE.

CYRO juniore conficturo, cum hoste, loco, qui dicitur Cunax, Clearchus suavit, ut se post Macedones contineret, ne se in belli discrimen coniceret. Quid ais, inquit, Clearche? Jubes-ne, ut cum regnum appetam, regno me indignum ostendam? Plutarch. in Regum & Imp. apoph.

AMURATHE in campis Cassiovis contra Hunniadem instructu acie consistente, Bitizes Pannonius, ex iis, quos Usar-

nas vocant ad singulare certamen Turcum provocabat. Prodit continuo adolescens ELIEZES, Barizae Janizarorum ducis olim filius, & cum Bitize congredditur. Amurathes tyroni fortitudinem admiratur, Quoniam Magistro usus sit, interrogavit. At ille: Lepore, respondit. Magis admittant tege: in Asia, inquit, puer adhuc leporem in suo cubantem nido offendens: quadraginta sagittis percutit conficere non potuit: ultimam stridore expectatus aufugit, cum fatalis vita eius terminus nondum adesset. Proinde & ego me nec armis superari, nec arma evadere, nisi volente fato, perfunctum habens, audacter cum Pannonio manus contuli. Calvac. lib. 7. de Regibus Turcicis.

CONSALVUS Magnus, hortante illum Diego Garfia Hispan. ut in locum tutum se reciperet: Tibi ipsi, inquit, fortiter sanè, mihi parum prudenter consulis. Quin potius quem tibi inhonestum, nihil inhonestissimum fore metum existimes velim. Aegidius Corro. de Dicitis, & factis mem.

GAZELLES Syriae praefectus, qui a Tomumbejo Mamaluchorum rege ad Selymum decesserat, co mortuo, rebellavit, ratus se Sacramenti religione solutum, quod Selymo tantum, Solymanno vero successore minime Sacramentum dixisse praedicaret: & proinde ibi decorum fore arbitraretur, si coactis in unum Mamaluchorum reliquis, Syriam ad veterem Sultanoim imperii conditionem, ejectionis Turcis, revocare contenderet. Ergo Damasco ductis lignis, ut honestè eaderet, hostes inivit, coecirime pugna exitu, ut ipse periclitissimè, & constantissimè dimicans, cum suis omnibus nihil de fuga cogitantibus interficeretur. Sabell. supplem. lib. 8. ex Jovio.

Explorare cum periculo.

Cum Q. SERTORIUS adversus Cimbro cum C. Mario in castris esset, mutata veste, in Cimbrorum castra penetravit, ut illic hostium consilia, atque ordines exploraret. Nimis magno periculo inter feras gentes id agere aggressus est, quod per alios vilioris fortunae homines, minore republicae periculo, assequi potuisset. Fulg. lib. 9. cap. 8. ex Plut.

MITHRIDATES Ponti rex, cum animo Asiae imperium concepsisset, ut diligentius locorum situm inspiceret, ipse solus eam peragravit, periculoque se obiecit, ut illic servus de duceretur, ubi imperium querebat. Cui periculo domestica etiam mala accesserunt. Laodice enim foror ejus, ac conjux, cum certo mortuum esse arbitraretur, multis per adulterium se commisit: ipsiusque reditum verita, operam dedit, ut rediens interiret. Fulg. lib. 8. cap. 8.

ADLAUVS, barbarorum Northumbroium in Britannia rex, Ethelstani, in propinqua insula regnantis, exercitu pressus, cum hostium ordines videre cuperet, nimis suscepta persona, ac musicis, ad Ethelstani tentoria profectus occidit, munera accepit, & fortunae felicitate magis quam ratione aditus, incolum domum se recepit. Quamquam dum cantaret, a quodam agnosceretur, qui in ejus ministerio fuerat: qui tunc tacuit, quod cum impense diligeret, se postquam abierat palam facta. Fulg. lib. 9. cap. 8.

SALADINUS Aegypti Sultanus, Salutis anno centesimo, aequo octogesimo post mille, cum accessisset a Christianis populis ingentem exercitum comparari, ut in Orientem adversus eum traicerent: cum duobus Comitibus, ac tribus Ministris, ut apparatus belli videret, in Graeciam, Gallias, ac Hispanias penetravit. Perfectis itaque hostium viribus, prudentior atque audacior ad resistendum fuit. Idem.

Cum FRANCISCUS SPORCIA Caravagium oppidum obfisione, adhibitis tormentis, premeret, Mediolanensis populi auspicio, cujus eo tempore militaris dux erat: Veneti duces obfessis opem ferre contendebant. TIBERTUS Brandolinus, militarium praefectorum unus, corporis, atque animi vigore praestans, ceterum omnibus in rebus praecipuus habitus, ad ferendam obfessis opem, quod diutius obfessionem sustinere non poterat, conferendam cum hoste manum censebat. Cui sententiae cum quosdam ex magnis Venetorum ducibus adversos haberet, ut omnia coram diligentius inspiceret, calonis habitu, venali uva onustus, in hostium castra contendit, omniaque intuitus, incolum ad suos se recepit. Idem.

MATHIAS Ungariae rex, cum Sciabacium oppugnaret, sub habitu gregarii militis cum accenso, ac remigie tantum cymbam conscendit, & ut propugnacula propius exploraret, sub mombus in Savo annc latravat omnia. Turci mox in cymbam tormentum anemum intenderunt. Bonfinus lib. 3. Dec. 4. lict.

Iter facere.

A PIUS II. Papa credit facile se omnibus, fiducia tanta, ut professione Mantuanam aliquando per hostilem agrum sine praesidio transierit. Joan. Ant. Camp. in ejus vita.

Colloqui, Occurrere.

C. JULIUS Casar, devicto in Pharfalia Pompejo, eos insecutus, quos in Asiam Pompejus praemisisset, Hellepontum parva nave traiciens, cum in L. Cassium hostem decem naves habentem incidisset, recta illi occurrit: atque cum minis, tum rationibus adductis, ita cogit, ut Cassius petita venia, ad eum transiret. Plutarchus.

MAGISTRATIBUS, JUDICIIBUS.

CHAERIAS perduellionis cum Iphicrate accusatus, exprobrante ei Iphicrate, quod reus ad gymnasium vadere, & hora solita pranderet: Igitur, inquit, si fecus de nobis Athenienses stauerint, squalidum te, & jejunum, me necabunt praesum, & unctum. Plut. in Apophibeg.

CLODIUS Sabinus declamator cum reos rogaret, ut in Latomia transferretur: Non, inquit, quemquam nomen Latomia decipiat: illa enim animo meo lauta res est. Vocabulo carceris ad genus pulpamenti translato. Jocabatur in miseris: in quibus jocari debuisset, quis nescit, potuisset, quis credit? Seneca in Declamationibus.

LEO Armenus Imperator Constantinopolitanus Michaellem Balbum infidiarum causa in carcerem coniecerat: metuque confusus, atque animo fluctuans, pertrapa, qua ad carcerem itur, portula, intravit, speculatum, quid ibi gereretur. Vidit ergo alto, ac magnifice instructo thoro MICHAELLEM jacere, Papiam custode carceris in nudo pavimento recumbente: curiosusque aggressus, ut deprehenderet, num Michael (quod solent anxii, & in vita discrimine constituti) somnum accipientem, ac curis plenum, atque securum, atque suavem duceret: sensit eum profundo sopori delectum, adeo ut ne conrectando quidem eum potuerit excitare. Hoc tam insperato spectaculo ira acris incensus, discessit. Eadem vero nocte a conjuratis in templo intersectus est. Cedrenus in vita Leonis.

TOLERANTIA MALORUM FORTUITORUM: SIVE INCOMMODORE OPERIBUS. IN GENERE. Pauperatum, Fortunatum amissionem ferre.

Damna fortunatum ferre Tolerantia proprium est: ipsos damni auctores non ulcisci, Clementia. Nos hic ea tantum, in quibus simplex tolerantia perspicitur, consideramus.

Job inter omnes Orientales magnus (ut scribitur) pecorum utique copia, & servorum, familiarumque nobilitate. At vero his repente amissis, non solum inter orientales, sed in universo orbe major fuit. Nam patientia illius in adversis, ubique terrarum praedicatur, atque extollitur. O verè magnum, & omnibus seculis memorandum virum, cum die uno tot opibus, tot fervis, tot liberis orbatum se cognovisset, corruiens in terram Deum adoravit, & Nudus egressus sum, inquit, de utero matris meae, nudus illic revertar. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccavit: Job labiis suis, neque D stultum quid contra Deum locutus est, quia certe vel labiis peccare Deo, majus damnum, majoremque miseriam esse existimavit, quam cuncta, quae habuit simul, amittere. Marulus lib. 5. cap. 3. in Sabell. lib. 1. cap. 5. Exemp.

EZECHIAS rex Judaeorum cum omnes divitias suas nimis jactanter ostentasset legatis regis Babyliorum, omnes pariter Babylois Deo puniente transfugas audivit. Cum ergo tantam jacturam se facturum didicisset, non est turbatus: sed quia peccaverat, libenter & peccati poenam admittit, dicens: Bonus sermo Domini, quem locutus est: sit tantum pax, & veritas in diebus meis. Qua patientia humilitate meruit, ut illa regis gazae direpto ad successores ejus Joachim, & Sedechiam discurreret, quando etiam populus ipse ductus est, in captivitate. Marulus lib. 5. cap. 5.

Sanctissimi APOLLINIS, ceterique discipuli, ut soli Christo adhererent, omnia, quae habebant, constanti, erectoque animo reliquerunt. Neque Mathias pecuniosum teloneum dimittit: sed quia peccaverat, libenter & peccati poenam admittit, dicens: Bonus sermo Domini, quem locutus est: sit tantum pax, & veritas in diebus meis. Qua patientia humilitate meruit, ut illa regis gazae direpto ad successores ejus Joachim, & Sedechiam discurreret, quando etiam populus ipse ductus est, in captivitate. Marulus lib. 5. cap. 5.

bant, quam in omnium quaestu, quae ubi sunt, divitiarum, atque opum. Idem.

PAULA Romana, quando dispendia rei familiaris, & everfio totius patrimonii nunciabantur, aiebat: Quid enim prodest homini, si totum mundum lucrificerit, & animae suae damnum habuerit? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? & Nudus exivi de utero matris meae, nudus & redeam: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum, & illud, Nolite diligere mundum, neque ea, quae sunt in mundo. Quoniam omne, quod in mundo est, desiderium carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vite hujus: quae non est ex patre, sed ex mundo. Et, Mundus transit, & concupiscentia ejus. D. Hieronymus in Epitaphio ejus.

CRATES Cynicus, cum pera, & pallio sordido ludens, identemque sicut in festo, vitam transegit. Plut. de tranq. animi.

DIOGENES Sinopenfis, desertus ab omnibus hominibus, solus relinquebatur, cum neque propter egestatem ipse quemquam reciperet, neque ipsum hospicio quicumque acciperet. Omnia enim in vita erat ejus in reprehendendo acrimonia, deinde in agendo, loquendoque acerbitas. Proinde tristitia plenus summas foliorum extremitates manducabat. Mus accedens, & deciditibus frustulis vescebatur. Diogenes subridens, animo recepto: Mus hic, inquit, nihil indiget Atheniensium lautitia. Et quid tu, o Diogenes, agere fers, te cum Atheniensibus non coenare? Aelianus lib. 13. Var. bist.

ARISTIPPUS, cum praedium amoenissimum perdidisset, quidam deploranti tam miserabilem illius casum: Quid, inquit, an nescis, tibi unicum esse praedium, mihi vero tres agros superesse? Cum annuisset alter: Quin igitur tuam potius vicem deploramus? sentiens, insipientis esse, dolere amissis potius, quam gaudere relictis. Laert. lib. 2. cap. 8.

SPECIE FERRE.

Naufragia.

ZENO Stoicus, ut ad eum est delatum navem, quae una ei supererat, cum mercibus obrutam fluctibus fuisse: Bene, inquit, fortuna agis, quae ad vile pallium, & vitam philosophicam nos redigis. Plut. de Exilio.

LUPUS SIMONIUS, Durrae dominus, Neapoli proregem agens, cum per nuncium Alphonso regi Aragonum absentem significasset, navem alteram ex duabus, quas instar montium rex edificarat, nauarum negligentia deflagrasse: respondit Alphonfus: Sat scire te, eam navim, quamlibet magnam, atque magnificam, paucis tamen post annis, aut labe, aut terredine perituram fuisse. Proinde secum aequo animo, si sapiat, ferret infortunium. Panorm. lib. 3. de reb. gestis Alphonfi.

Conspicere Tir. Clementiae erga fures.

BERNARDUS Clarevallensis Abbas, cum ducenta argenti pondo sibi ad impensas construendi Monasterii missa, a grafsatoribus intercepta audisset, gratias Deo egit, quod magno se onere levasset. Auctor vita.

Rapinas.

STILPO Megarensis Philosophus, cum Demetrius Poliorcetes eos, qui Megaris erant, in servitutem abduxisset, urbem solo aquasset, & num quid amississet? interrogaret. Nihil profecto, inquit, nam virtus bello spoliis esse non potest. Plut. de lib. educatione.

Exactionem injustam.

Bello civili, cum L. Sylla Cinnam expulisset, Q. SERTORIUS spe semel abiecta servandae urbis contendit in Hispaniam: quod si eam obtineret Provinciam, refugium amicis foret in Italia oppressis. Cum crebris tempestatibus jactaretur, exequerunt ab eo in locis montosis barbari vestigal, ac mercedem transiit. Indignantibus comitibus ejus, & sedum esse distantibus, proconsulem Romanum tributum selestis barbaris pendere: floccipendens id, quod in speciem erat turpe, & tempus se, quo nihil fit viro grandia affectanti carius, redimere ferens, barbaros argento conciliavit, & Hispaniam maturavit occupare. Plut. in Sertorio.

Muldam.

TECTAMENES, postquam innocenter ab Ephoris damnatus esset, abiit ridens. Rogantibus autem iis, qui aderant, An contemneret Lacedaemoniorum leges? Nequaquam, inquit: quin gaudeo potius, quod haec mihi multa solvenda est, cum eam nec indixerim cuiquam, nec a quopiam mutuo acceperim. Plut. in Lacon. Apoph.



Belli Hetrufci cura omni difcufla, **ÆMILIUS** Mamerius, A ne non aliquid in fua dicitura egiffie videretur, cenfuram, quæ ab initio quinquennalis fuit, in annum, & femeftræ fpatium lege ad populum lata contraxit. Et ut fcias, inquit, Quirites, quàm mihi diuturna non placeant imperia, dicitura me abdicco. Cenfores eum in ordinem redactum, quia magiftrum Populum Roman. minuire effet aulibus fubmove- runt, & duplicatoque cenfu fecerunt ærarium. Tulit Mamerius eam ignominiam civili animo, caufam potiùs, quàm rem intuius. Contra tanta populi in Cenfores exarfe ita, ut nullus præterquam ipfius Mamerii auctoritas, ne multitudinis incurfu violatentur, Cenfores procefferit. *Sabellicus lib. 5. Enn. 3.*

**EXHEREDATIONEM.**  
*Ex Tit. Testamentorum injulorum, pete eorum exempla, qui quomvis injulfe præteriti, æquos tamen animo tulerunt.*

**HONORIBUS, EXISTIMATIONE.**  
**DECORIS, IGNOMINIÆ,**  
 infamie tolerantia: five inferatur

**VERBIS.**  
*Convitia, objurgationes, reprehentiones, fi confiderentur per fe quatenus vera funt, vel falfe, fi illis moveri, vel non moveri, ad ftudium veritatis pertinet: quatenus vero ignominiam cum offerunt, fi ipfius ignominie fuga ad ftudium honoris referri debet: at quia diffidentiam in animo excitat, hujus est loci. Si confiderentur refpectu objurgantis, contra quem is, qui objurgatur, dicitur, factiose infurgit, & vindictam expetit, ad locum Clementie fpectare videbuntur, de quo plurima exempla tranf- ferri poterunt.*

REPREHENSIONES FERRE.

Cum **DAVID** puer, fretus Dei auxilio, Goliath Palæftinum aggredi cogitaret: fratres illius, Eliab, Aminadab, & Samna, viri fortiffimi, acerbis verbis eum objurgarunt: tum quod improbus effet, qui ovibus relictis in castra veniffet, tum quod audeat, qui cum Goliath, quem omnes metuebant, manus conferere cogitaret. At David eorum objurgationes æquo tulit animo, nihilo fecius tamen Goliath aggressus peremit. *I. Reg. 17.*

**Q. FAB. MAX.** Dictatorem M. Minutius equitum Magifter ludiorum habebat, eumque milites Magiftrum Annibal appellabant, quod femper montosis & alter locis castra munitet. Minutius amicos Fabii rogat, ut in castrum tanquam terra complorata raptus fe exierit: an vero nubes, & nebulæ, quod raptus fe, hosti objecturus? Quæ cum ad Fabium referret amici, fuaderentque, ut periculo fubeundo liberaret fe ignominia: Næ ego, inquit, quàm nunc videor, timidior fim, fi probris, & contumeliis metu, à rationibus abducatur meis. Atqui pro patria haud turpe fuerit timere: at pavere ad hominum opinionem, calumnias, & opprobria, non tanto digni imperio viri, fed fervientis est illis, quibus imperare ipfum, & male confultos decaet reprimere. *Plutarch. in Fabio.* Eventus declaravit, quanto vir ille effet animo, qua prudentia, quo amore in patriam, & civis, ut confessione omnium celebrati funt illi de eo verficuli vetufti quidem, & rudes, fed magnifici cum primis elogii, & præstantiffimi.

*Unus homo nobis cunctando refituit rem: Non ponebat enim ruitores ante falutem. Ergo magifque magifque viri nunc gloria claret.*  
**D. LUD. VIVES** de fubventione pauperum lib. 2.  
**L. CRASSUS** orator, licet fæpe jurgis à Cn. Domitio, cum quo cenfuram gelfit, propter columnas Hymettias, quas in porticu domus habebat, vexatus fit: æquo tamen femper animo injurias illatas tulit. *Plin. Val. & Volat. lib. 14. cap. 2. Apologia, Macrob. & Elianus.*

**M. ANTONINUS** Pius domum homuncionis ingreffus, percontatque, unde columellas quasdam porphyreticas fibi comparaffet? refpondit ille: Cum in domum alienam veneris, & furdus, & mutus esto. Quod dictum tantum abfuit, ut moleftè tulerit, ut tanquam præceptum quoddam aliis fervandum tradiderit. *Pontanus lib. 2. cap. 10. de Fortitudine domeftica.*

*Maledicta, Convitia, Calumnias ferre.*  
**PAUL. ROMAN.** dum Bethlehemæ ageret, fufcitaverat Dominus Adad Idumæum, qui cum colaphizaret, ut quafi quodam fimulo carnis fapuis admoneretur, ne magnitudine

virtutum altius raperetur, & aliarum vitis fœdinarum, fe in excelfo crederet conflitutam. Hic cum D. Hier. diceret, li- voris effe credendum, & dandum infamie locum (quod feciffe Jacob in fratre fuo Efaui, & David in pertinaiffimo inimico- rum Saul: quorum alter in Meopotamiam fugerit, alter fe allo- phyfis tradiderit, malens hoftribus, quàm invidis fubjacere) tunc illa refpondebat: Jube hæc dices, & fi diabolus contra fervos Dei, & ancillas non ubique pugnet, & ad omnia loca fugientes non præcederet: fi non fãctorum locorum amore retineret, & Bethlehem meam in alia reperire poffem parte terrarum. Cur enim non patientia livorem fuperem? cur enim non humilitate frangam fuperbiam, & percipienti maxillam offeram alteram? Si quodam prociator fuiffet inimicus, & ufque ad verborum jurgia profuliffet, illud Pfalterii decanta- bat: Cum confifteret ad verfum me peccator, obmutui, & filii à bonis. Et rursus: Ego autem, qui furdus non audiebam, quafi mutus non aperiens os fuum. Et factus fum ficut homo non audiens, & non habens in ore fuo interceptiones. *Hier. in epitaph. ejus.*

Apud Plutarchum in vita Pericli legimus, **ELFINICEN** quandam, cum eum indecoris convitiis palam incefferet, nihil aliud refponfio tuliffe, quàm verficulum illum Archilochi: *Quæ de miferis præterit, caveto inungitur.*  
*Unguento, novus enim fis, caveto inungitur.*  
*Erasmus in Adagii.*

**SOCRATES** Alcibiadi Xanthippes convitia ferri poffe neganti: At ego, inquit, affuevi, quafi trochleam continenter audiviffem. *Suidas.*

Idem Ariftophanis *repibus*: patientiffimè tulit, in quibus ex profeflo, expreffo etiam illius nomine, & habitu, profcindebat, Anyti, & Meliti infinitum. Quinimò cum drama in theatro ageretur, ridiculum admodum, & factitium, & peregrini quærent, quifnam ille effet Socrates? affurrexit Socrates, ut ab omnibus cognofci, & confpici poffet. *Ælian. l. 2. Var. hift.*

**PLATO** Xenocratem difcipulum fuum audiens multa de fe impie locutum, fine ulla cunctatione criminationem refpon- dit. Infatbat certo vultu index, quærens caufam, cur fibi fides non haberetur? Adjevit, Non effe credibile, ut cum tantoperè amaret, ab eo viciffim non diligeretur. Poftremo cum ad juf- tandum inimici afferentis malignitas confugiffet, ne de per- jurio ejus difputaret: affirmavit, nunquam Xenocratem G illa dicturum fuiffe, nifi ea dicit fibi expedire judicaffet. *Val. Max. lib. 4. cap. 1.*

**XENOCRATES** Chalcedonius à Bione dicitur laeffitus: Non fum, inquit, tibi refponfurus: neque enim tragædia, cum à com- media taxatur, dignatur eam refponfo. Nota effe veteris com- mediae licentia, in qua multa fœdmatata jaciuntur: eum in ipfos Poetas, & fabularum perfonas: at tragædia non dignatur viciffim humiles perfonas attingere. *Laert. lib. 4. cap. 2.*

**DIONYSIUS** Alexandrinus natione, præcipuum in Philofo- phia laudem effe confectutus. Huic erat frater luctator, nomine Toplitus. Itaque cum quidam ex ejus concertatoribus Dio- nem probris incefferet, fanda, atque infanda in eum evomens, multa interim turba ad convitiùm, ut fit, affluente: ipfe ne verbo, quidem refpondit maledictis, videlicet philofophia dogmatum memor. Cæterum ubi jam intra ædium fuarum veftibulum effet (nam convitiator eo ufque fuerat profectus) nihil iracundia præ fe ferens, hoc tantum refpondit, *idè xpi, id effe, Negy quidem.* Juvenis autem animi impo- tens, laqueo fe prociocavit. Ea res in vulgi fabulam abiit. *Erasmus in Adagii.*

**ARCESILAUS** Academicum Antagoras Poeta probris ince- ftabatur. At ille in forum profectus, ubi quàm plurimos homines flare videretur, cum ipfis colloquebatur, ut convitiator in pluribus fibi ipfi turpitudinem imponeret. Audientes igitur convertente fe, & infamie Antagoram accufabant. *Ælian. lib. 4. de Varia hiftoria.*

**PHOCIONEM** Athenienfem cum pro concione dicentem quidam intepellaret, multis convitiis in illum debacchans, omiffit, quod ceperat, locumque dedit maledico. Poftquam ille vix dicendi feciffet finem, Phocion reverfus in fugges- tum placido vultu, perinde quafi nihil effet dictum, ceptam orationem profectus effe: De pedeftribus, inquit, copis au- ditiffis, fupereff, ut de velicibus, ac levis armatura milite di- cam. *Plut. in Politicis.*

**DEMETRIUS**, dicere folebat, Eodem loco fibi effe voces Imperitorum, quo ventre redditis crepitus: Quid enim, in- quit, mea refert, furfum illi, an deorfum fonent? *Callius lib. 5. cap. 5. Antiq. Lett.*

**LEONYCHIDAS** Spartanus rex, Ariftioni F. cuidam ipfi di- centi, quod Demarati filii male de eo loquerentur: Put deos, inquit, nihil miror, quandoquidem nullus illorum de quoquam bene loqui poffet. *Plut. in Laconicis.*

**NICANDER**, cum diceret quifpiam, maledictis inceffi cum ab Argivis: Igitur jube, inquit, quod bonos obterant, mul- tam pendere. *Plut. in Apoph.*

Cum improbus quidam **CLEOMENES** regem Laconum con- vitis incefferet: Num ideo, inquit, tu maledictis omnibus, ne fi velimus refpondere, otium habeamus viciffim de tua dicendi malitia? Ut effe fublimi contempfit maledicum, cui nihil effet præfidii præter maledicam linguam. *Plut. in Lacon.*

**ALEXANDER** audiens maledictis à quopiam fe lædi: Re- gium, inquit, effe, cum bene meritus fis, male audire. *Plut. in Apoph.*

**ANTISTENES** cuidam matrem Barbaram obijcienti: Et ma- trem deum Barbaram fuiffe refpondit. Idæa enim fuerat. *Laert.*

**M. CATO** fenior à quodam infami multis nominibus ve- xatus: Impar mihi, inquit, tecum certamen effe. Nam ut tibi B & male audire, & maledicere facillimum, ac promptiffimum effe, ita mihi maledicere infuave, male audire infolitum. *Erasmus lib. 1. Apophieg.*

**MARIAMNE** Herodis regis uxor, Alexandræ matris ca- lumnias, feleftiffimas, & ingratarum erga virtum clamantis, di- gnantem veneno tollere conata effet, cum ad mortem duceret, magno perituli animo. *Jofephus lib. 15. c. 11. Antiq.*

**VITELIUS** Vefpafiani armis Romæ circumventus, religatis poff terga manibus, & laqueo cervicibus injefto, difcifla veffe, comaque à capite redufta, cum noxio facinus, quod maritum veneno tollere conata effet, cum ad mortem duceret, magno perituli animo. *Jofephus lib. 15. c. 11. Antiq.*

**PROTEO** Cynico, fine fine **HERODEM** fophiftam convitiis inceffante: Conferimus, inquit, ambo: tu quidem male lo- quens, ego male audiens. Senfit immediate malum effe, cui ille tamdiu affueverat, & fe moderatus ferre, quod jam novum non effet. *Erasmus lib. 3. Apoph.*

Mirum, & vel præcipue notabile in **NERONE** fuit nihil eum patientius, quàm maledicta, & convitiæ hominum tuliffet: neque in ullos leniorem, quàm quife dicitis, aut carminibus laeffiffimo, exiffiffe. Tranfeuntem illum Ildorus Cynicus in publico clata voce corripuerat, quod Nauplii mala bene can- taret, fua bona male difponeret: & Datus Attellanatum hiftrio in cantico quoddam, *hæc vobis nate, hæc vobis nate*, ita demonftraverat, ut bibentem, natantemque faceret: exitum C. Claudii, Agrippinæque fignificans: & in noviffima claufula: *Orcus vobis dicit pedes.*

Senatum gelfare notare: hiftionem, & philofophum, Nero nihil amplius, quàm urbe, Italiaque fubmovit, vel contemptu omnis infamie, vel ne fatendo dolorem, iritaret ingenia. *Suet. in Nerone.*

*Scennata, Irifiones, Sugillationes ferre.*  
**SENECA** quidam (ex Calliano tradit) cum apud Alexan- driam ab infidelium turba maledictis agitare, & ad eo qua- rere: Quid unquam miraculi feciffet Deus ejus Chriftus? refpondit: Ut iis, quas inferis, atque majoribus, non moveat, neque offendat injuriis. *Marulus.*

**PAULA** Græcorum fipre nobiliffis, fed nobilior vite hu- militate, cum ne ipfa quidem, que omnia contemplerat propter Chriftum, morfu hominum carete poffet, nihil quicquam mole- fte ferebat. Cumque audiffet, fe quorundam judicio tultam, ac mentis emote reputari: Theatrum, inquit, facti fu- mus mundo, & angelis, & hominibus. Et: Nos ftulti propter Chriftum: fed ftultum Dei fipientius effe hominibus. Unde & falvator loquitur ad patrem: Tu fcis infipientiam meam. Et iterum: Tamquam prodigium factus fum multis, & tu adjutor fortis. Ut jumentum factus fum apud te, & ego femper tecum. *Hieron. in epitaphio ejus.*

Fertur, quod cum Platonis dialogum Gorgiam infcriptum GORGIAS legiffet, ad familiares fuos dixerit: Quàm bene Plato maledicere noluit. *Hermippus in Gorgia.* Gorgiam feribit Athenas profectum fuiffe, poftea quam fuam ipfius imaginem auream in Delphis pofuit. Cum cum Plato vidiffet,

didiffet fertur, Bonus, ac aureus Gorgias ad nos accessit: Cui refpondit Gorgias. Siquidem bonum hunc, juvenemque Ar- chilocho tulerunt Athenæ. Dicunt alii, quod cum Plato- nis dialogum Gorgias legiffet, dixerit præfentibus, quod nulli horum dixerit, ac ne à Socrate quidem audiverit. *Ab- thianus l. 11. c. 21.*

**DIOGENES**, cum ei quidam diceret, Ifti derident te: Ego enim verò inquit, non derideo, illos derideri folos exiftimans, quos obftupefacerent, & terrent ifta. *Plut. in Fabio, & de non irafcendo.* Cuidam dicenti, Multi te derident, & Dio- genes: & illos, inquit, fortiffis afini. Altero fubiicente. Sed illi non curant afinos: Nihil magis, inquit, ego ipfos. Afinis irifionem tribuit, quod fubinde nudatis dentibus irifionis fpeciem præbeant. Quin & deridentes quempiam, mota ab aure manu imitantur afinas auricularum. Videtur igitur, & afinus motis auricularis iridere homines, nemo tamen offenditur. *Laert. l. 6.*

*Accufationem, Testimonia falfa ferre.*  
**PAPHNUCIUS** presbyter impubes adhuc, cum inter fratres Scythioicæ folitudinis perfanctè verferetur, quidam invidie ftimulus agitatus, ut illum delicti infimularer, dum dominico die Paphnucius ad Ecclefiam veniffet, codicem fuum in cella ejus abfcondit. Precazione foletmi peracta, quæftus effe, codi- cem fibi effe furto fublatum. Novus erat id criminis inter eos audire: & cunctis mirantibus, ipfe, qui delulerat, petiit, ne quis ante ab Ecclefia difcederet, quàm miffis fidelibus viris cellarum fingulorum exuterentur. Miffi feniores, codicem inter pal- meas Paphnucii ficellas inventum referunt. Diu antonius ftecit Paphnucius, neque aufus effe negare, quod tam affir- mabatur indicio, & ut fibi pœnam, qua fatiffaceret, impone- rent, rogavit. Inde verò egressus, per duas hebdomadas jeju- niis, ac letu fele afflixit, nec interim ad communionem acce- dere præfumpfit: fed tandem in limine Ecclefie proflatus, veniam petiit, cum innocens effet. Tunc demum Dei judicio factum effe, ut ejus ignominia auctor à demone arreptus ne- quitiam fuam, ac dolos confitendo produceret. Qui cum diu, multumque vexatus à fanctiffimis viris curari nequiffet, po- ftremo ipfius Paphnucii oratione curatus effe. *Marul. lib. 5. cap. 2. ex Calliano.*

**ATHANASIUS** Alexandrinus Epifcopus, olim diaconus in concilio Nicæno, Arianorum maximas perfelfus effe infidias: multa ci falfa crimina obiecta, adducto etiam fœorto, quod cum eo habuiffet crederetur, & quod jam novum non effet. *Erasmus lib. 3. Apoph.*

FACTIS FERRE.

*Statuarum dejedionem.*  
**DEMETRIUS** Phalæreus, cum audiviffet Athenienfes de- jeciffie ftatuas fuas, quod illi pofuerant. At vitæ enim, inquit, non everterunt, cujus gratia illas pofuerunt prius. *Laertius lib. 4. cap. 5.*

Athenienfes **FAVORINI** æneam ftatuam dejecerant, ut ho- minis Cæfari Adriano inimiciffimi. Id poftquam philofo- pho denunciatum effe, nihil commotus dixit. Ut ilius fuiffet Socrati ab Athenienfibus ærea privati ftatua, quàm bibere ci- cutam. *Philoftratus.*

*Repulfam à converfatione, Exclusionem, Averfationem.*  
**CANANÆA** mulier in Evangelio, cum repelleretur à Chri- fto, non indignabatur: & canibus comparata, magis fe fubmi- fit: & fco, quod confidenter petierat, efficitæter obtinuit. *Ma- rul. lib. 5. cap. 2.*

**DIONYSIUS** Syracufanus patria pulfus à Dionyfio tyranno, H Megaram petierat. Cum Theodorum principem ejus urbis do- mi convenire vellet, neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus, comiti fuo ftomachanti: Patienter hoc feren- dum effe, ait, forfitan enim & nos, cum in gradu dignitatis no- ftræ effemus, aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate confiffi, ipfe fibi conditionem exilii placidiorum reddidit. *Val. Max. lib. 4. c. 1. Plut. in Dione.* Prædororum vocat.

*Loci ignominiam.*  
**DAMONIDAS**, cum à chori magiftro poftremo in choro locum accepiffet: Euge (inquit) chorage, reperiffi, quo paflo & hic locus, cum per fe lit in honoratus, fiat honorificus. Ge- nerofus adolefcens animus, qui fiducia fui non metu, ne locus abjectior effet dedecore: fed citius futurum arbitrabatur, ut per ipfum locus ferret honorator. *Plut. in Laconicis.* Hoc Alii **AGESILAO** tribuunt.

Dionyfius tyrannus fuccenfens **ARISTIPPO** philofopho, hominem ad cœnam vocavit, & juffit eum in convivio in- firmum omnium accumbere. Hic Ariftippus nihil offensus: Hunc,







go, quam Mithridates precipue diligebat, secuti inde ad A Chironem defectio, Theodosia, Nymphæi, & aliorum circa Pontum illustrium locorum. Quibus Mithridates terribis, cum & exercitum suspectum haberet, oblongam, & infelicem militiam jam minus detestantem, ad Scytharum reges misit, qui illis filias in matrimonium offerrent, auxiliaque post juncam affinitatem ab eis impetrarent, Quingenti equites sequerentur Eunuchos, qui ad id mittebantur. Hi hinc obiter mutata, legatos subinde obruncant, regiasque ad Pompejum perducunt filias. Nec Mithridates ad presentem eadem animum remisit, quin ceterarum gentium auxiliis destitutus ad Gallos penetrare constituit, ut juncta cum his societate, Italiam invaderet, Hannibalis exemplo. Audita autem Pharmacia F. defectione, venenum miscere cepit, quod ad similes casus in capulo ensis gestabat inclusum. Aderant illi duæ filiae, quarum reliquæ ex omnibus apud illum educabantur, Mithridatia, & Nyfa, Ægypti, & Cypru regibus connubio destinata. Hæ cum lacrymis ad pedes patris provolutæ, suppliciter precabantur, ut si vitæ exitum quaereret, sui fati comites amantissimas traheret filias, priusque utramque tollerent, quam de se aliud statueret. Pater lacrymis victus, exitiale virus ambabus imperavit. Quæ ubi exanimæ ante illum jacuerunt, rox contra domesticas fraudes antidotis, & medicaminibus ab ineunte ætate astuetus, adeo corpus adversus eam vim longa consuetudine muniverat, ut veneno sæpius haustu extingui nequiverit. Bittito itaque uno ex Cælarum ducibus ad se ferro conficiendum precibus adhibito, ne vivus in hostium potestatem veniret, fortiter occubuit. *Sabell. l. 4. En. 6.*

M. TER. VARRO, L. Pauli collega, Camnensi clade (cujus ipse auctor fuerat) fractis Rom. reb. non vitæ cupiditate, sed Reipub. amore superesse voluit. Itaque ei Romam redeuntis senatus obviam progressus gratias egit, quod Rempub. non deseruisset. Ille tamen barbaram capillumque submisit, nunquam accubans postea cenavit, & honores oblatos recusavit. *Front. lib. 4. cap. 5.*

LICINIUS consul, cum adversus Persam Macedoniz regem bellum gereret, quanquam primo prælio duo millia, ac quingentos equites amisisset, de pace a rege Persæ compellatus, gravitatem suam retinuit, iustique Persam totum Macedoniz regnum Romanis relinquere, seque eorum arbitrio dedere. *C. Sic ostendit adversum prælium non animum ei, sed equos admissis. Fulg. lib. 6. cap. 4.*

CATO minor ex acie Pharsalica fugiens, Uticam venit, eamque urbem, ut belli promptuarium, & sedes esse posset contra Cæsarem, munivit. Quod nisi Scipio Pompeii gener precipitantia sua te male contra Cæsarem ad Thapsum gesta omnes illius rationes evertisset, majore fortassis cum labore, & periculo Catonem, quam Pompejum Cæsar debellasset. *Plut. in Catone.*

Clades Q. SERTORII complures accepit in Hispania, nunquam sua, sed ducum culpa. Atqui ex reparandis cladibus supra victores celebratus est ad veteriarum duces. *Plutarchus in ejus vita.*

CORBREDUS II. Galdus dictus, Scotorum fortis, multis præliis à Petilio Gereali, & Jul. Agricola, legatis Romanis victus, infra factum semper animo, ad meliora tempora se reservavit. Tandem cum Agricola duci summo successor datus esset à Domitiano Cn. Trebellius, milites verò Trebellianum velent: orta seditione in exercitu, Galdus occasionem non neglexit, sed tribus præliis victor Romanos ad turpissimam pacem adegit, patriaque liberata, L. Annorum bello finem imposuit. *H. Boetius lib. 4.*

ORTHO Vicecomes, Mediolanensis Archiepiscopus, Turrianorum populari factione urbe pulsus, quinquies acie victus tot propinquis, & clientibus levitatis hostium amissis, summa circumventus inopia, nunquam tamen tot adversis casibus succubuit, quin reliquias exercitus annos jam quinque, & sexaginta natus recolligeret, & tandem Turrianis uno prælio superatis, patriam ab eorum liberaret tyrannide. *Jovius in ejus vita.*

PITUS II. Pont. Max. visus crexisse calamitatibus animum. Cum nunciaretur, delectum in Picens ejus exercitum, & domesticis suppressimè nuncium conarentur, ubi recivit, nihil motus: Sigismundus Malatesta, inquit, si decies prælio vicerit, semel victus fuerit, bello vincetur, quod mox instauratis copiis evenit. Ferdinando regi Neapolitano ad Saryum profugato, insultantibus Gallis, Fortuna, inquit, belli nobiscum est, nam ea quos primum fovet, postremo

destituit. In Germania quoque victis insigni calamitate, qui ejus auctoritate bellum gererent: Nostrum, inquit, erit jam vincere, qui victi sumus. Quæ tria bella, quamvis principio deteriori conditione ubique fuerint, ex senentia confecit. Expugnari neque casibus Fortunæ adversis, neque minis potuisse, ex eo constat, quod post susceptum bellum non nisi pacem dedit, nisi victor: quanquam & a Sigismundo post victoriam Picenam, & à Gallis post suas regias copias postulatæ conditionibus, ut acciperent, non dare viderentur. *Jovan. Campanus in ejus vita.*

Celebris Venetorum ad Caravagium clades, quam Franciscus Sforcia Mediolanensem Imperator illis intulit. Fugatus Imperator Venetus, capti legati duo, qui castris præerant, universus exercitus fufus profugatusque est paucissimis fuga servatis. Id cum Venetias nunciatum esset, tantum abfuit, ut in confirmata civitate FRANCISCUS Foscarus dux præcipuus Gallici belli auctor, conciderit animo, ut statim ad vocatæ Senatu vestem purpuream indutus, vultu etiam ardore, magnæque auri vi profusa, patris ipsos fati ardentissimus, ut nequaquam humilioribus animis, aures, & argentum domesticum, & ipsi in publicum offerrent: fore pollicitus, ut intra triduum Venetæ copiz recuperarentur omnes. Quæ constantia factum, ut Sforcia victor pacem à Venetis petierit, & Mediolanensem principatum, Venetorum imprimis opera adeptus sit. *Egnatius lib. 3. cap. 6.*

Cum VENETI à Ludovico XII. Gallorum rege, Maximiliano I. Imper. Julio II. Papa, & Ferdinando I. Hispania rege toto continens impetio exuti essent: omnibus illorum fortunæ insultantibus, uni omnium Turcæ pacis paulo ante contractæ memores, non modo fidem servarunt, verum auxilia in id bellum amice, studioseque obtulerunt. Sed Barbaro regi, quod fidem pacemque egregie tueretur, gratias egere Veneti: cum hujusmodi auxiliis nequaquam e republica utendum esse censuissent. *Jovius lib. 9. & Guic. lib. 8.* Eodem certe tempore Leonardus Justinianus Venetorum dux, animum Venetum solus retinuit, & patres suo exemplo ad spem erexit. Eius consilium secuti, imperii vires amissas brevi recuperaverunt. Sed & ALOYSIUS Molinus D. Marci procurator primus de Patavio per Nic. Petilianum recuperando sententiam dixit, & fundamenta restituiti imperii jecit. *Egnatius lib. 3. cap. 6.*

FERDINANDUS Aragonius Neapolitanorum rex, regno à G. Gallis exutus, & accepta interim nova clade ad Semeneriam eosdem propæ, ac si vicisset, spiritus gessit, querebatur tantum se sua opinione deceptum, ac nihil de Fortuna dubitare, quæ jam pluribus ostensis, mutari in regnum, patriamque reditum omnino despondisset. Inerat enim ejus animo fiducia quædam fata potius, quam ullis humanis innixa rationibus, adeo ut cuncta, quæ amicum unum observabantur, pericula despiceret, ac si non modo cives, sed & deos quoque ipsos terra manique præsentis præsentis adfuturos arbitrarer. Nec ipse, quanquam temere concepta, rem extrema difficultatis, atque demeritæ aggressi ausum fecisset. Superato namque freto, & collectis Melanzæ circiter septuaginta navibus, in quas perpauci præter ipsos nautas milites erant, secundissimis visis ventis Neapolim pervectus est, pene priusquam certior fama de prælio ad Semeneriam factio in urbem perveniret. *Jovius lib. 3. Histor.*

JULIO II. Pontifici idem contigit, quod de Antheo fabulatur scriptores posteros memoris prodiderunt: ut quoties Hercules robore domitus tellurem attingisset, toties major in eo vis appareret. Nam quo magis dejectus, ac prostratus videbatur, eò majore animi firmitudine, ac pertinacia plura sibi in posterum, quam unquam antea pollicitus, resurgebat: cum tamen nullo penè, quam se ipso neceretur: & quod (ut palam dicebat) cum nihil privati commodi gratia gereret, sed unico, paroque Italiz liberandæ desiderio, sibi persuasum haberet, sua consilia. Deo bene juvante, felicem exitum habuit. *Guiccardinus lib. 9.*

EXTRA BELLUM.

LABERIUS inter eos, qui Mimos scripserunt, diu clarissimus, victus tandem est à Publio Syro, cum à C. Julio Cæsare coactus in certamen descendisset. Victorem corona, victum annulo Cæsar donavit, inquit, Favente, tibi me, victus es, Laberi, à Syro. Hoc Laberius ipse nam æquanimitè tulit, ut victum se sine altercatione fateretur, his sapientia plenis, & moratu dignis versibus, quos *Macrobius* recenset.

Non

Non possunt primi esse omnes omni tempore animo ad bellum Summum ad gradum cum claritate veneris, *Leaves* Conflesse ægri, & civitatis, quam descendas, decides. Cecidit ego, sed qui sequitur: *Lucret. publicæ*

LIBERTATI. FERRE. CARCERES, VINCLIA.

MEISTRO Elientis, Timoleontis uxore, ab Aristotimo tyranno cum multis aliis feminis exulum in carcere servabatur. Tyrannus fretus, posse se exules ad pacem adigere, si uxores, filique eorum id per literas petissent: carcerem, ingressus, mulieres captas, ut de pace scriberent, humanis verbis hortatus est. Megisto verò minime tyranni præsentia motas, omnium ore non solum, quod petebatur, negavit, sed ne assurrexit quidem, aut alio honore tyrannum dignata est, idemque ceteræ mulieres fecerunt. Quæ re adeo commotus est Aristotimus, ut statim in carcere filium ejus occidi iussit. Megisto sua manu apprehensum carnifici tradidit. *Plut. de Virt. mul.*

ALEXANDER Pheræus tyrannus Pelopidam Thebanum virum clarissimum Phaleris ex insidiis cepit, & secum Pheras abstraxit. Ubi primum, quod abiecit in calamitate, & infra factum existimaret, omnibus permisit eum alloqui. At postquam gemens Pelopidas Pheræos consolatus est, quod impenderet haud dubie tyranni vindicta, atque illi nunciari iussit, absonum esse, quod miseris, & innoxios cives quotidie excruciet, & trucidaret: sibi verò, quem certo sciret, si evasisset, penas ab ipso persecuturum, parceret: miratus animum, & securitatem ejus: Quid properat, inquit, Pelopidas moti, Quo audito: Ut tu, inquit, magis, quam nunc excrucandus percas maturus. De cætero prohibuit, ne quis præter domesticos eum acciperet: Thebe verò Jafonis filia, uxor Alexandri, eum accepisset de eisdem Pheræis firmitudinem, & celsitudinem animi ejus, expectavit eum videre, & convenire. Ut accessit ei, & velut mulier magnanimitatem ejus non illi, sed in tantis ærumnis perpexit, sed ex equalore, fordidus, & maligno victu coniciens acetabulum, & indigna illo nomine premi calamitate, illacrymavit: primum incertus, quantum mulier esset, mirabatur Pelopidas, ubi cognovicam (quod consuetudo ei, & gratia intercederet eum Jafone) compellat: Me verò tu, inquit, quæ soluta feras Alexandrum. Hæc oratio pupigit Theben. Quippe crudelitatem oderat, flagitiosaque tyranni, qui præter ceteram libidinem etiam minimum natu fratrem ejus in pelliculam habebat. Quare invisit Pelopidam frequenter: & cum liberè evomeret apud eum miserias suas, dedit ille animum ei, & spiritus, atque in Alexandrum incendit eam. Pelopidam tandem cum exercitu liberavit Epaminondas. *Plut. in Pelopida.*

EUMENES Cardianus ab Argyraspidibus Antigono proditus. Postquam Nicanor ab Antigono ad eum accipiendum missus est, petiit, ut per medios Macedonas duceret se, copiamque darent eos alloquendus: non ad supplicandum, vel deprecandum, sed quasi de commodis eorum esset dicturus. Facto silentio stans loco edito, & manus vinctas protendens severissimè eos corripuit, quod impedimentorum recipiendorum gratia ducem suum prodidissent. Antigonus ob superiorem necessitudinem, & familiaritatem non sustinuit, ut in conspectum suum veniret Eumenes. Cum quærerent autem, quibus traditus fuerat, quemadmodum eum custodirent: Ita, D inquit, ut Elephantum, ut leonem. Paulatim verò ad misericordiam flexus, catenas graviores ei præcepit detrahi, & puerum ex familia ejus ad eum admitti, ut ungeretur: permittique amicis, qui vellet, ut eum adirent, & ferrent necessaria. Dum de eo per litteras dies consulit, admittitbat orationes, & sponiones Nearchi Cretensis, & filii Demetrii, qui conservare studebant Eumenem. Verum cæteri ferè omnes suadebant de medio tollendum. Ferret Eumenes ex Onomarcho, qui custodiabatur eum, rogasse: Quid tandem Antigonus inimicum, quod in potestate haberet, aut non citò interficeret, aut generosè dimitteret? Cui Onomarchus cum respondisset contumeliosè: Non in præsentia, sed in prælio debuisse ipsum ad mortem esse impetiturum: Etiam herclè, dixit Eumenes, tunc fui. Percontare illos, qui mecum sunt congressi. Verum in neminem incidi, me qui esset fortior. Cui Onomarchus: Ergo quandoquidem nunc reperisti fortiozem, quin tempora expectas? Ut igitur statuit Eumenem Antigonus tollere: imperavit eum ei detrahi: atque ita duos, vel tres dies inedia morti admovebatur. Cum essent autem

repete castra movenda, missus intrò, quidam trucidavit eum. Corpus concessit amicis ejus Antigonus, & cremare permisit, E reliquiasque in urnam conditas argenteam referre ad uxorem, & liberos ejus. *Plut. in Eumene.*

JUGURTHA regno amisso Romam captivus ductus, in carceris ostium etiam jocatus esse dicitur. *Sallustius.* Decimo anno Leonis Magni Imp. Isocastus quæstor Antiochiæ, idemque philosophus, delatus est apud Imperatorem, quod Græcam religionem teneret. Is eum examinarè iussit apud præfectum urbis Constantinopolis. Cum ergo manibus post tergum revinctis adduceretur, ita eum præfectus urbis Posæus alloquutus est: Videsne, Isocasti, quo habitu adfles? Respondit ille: Video, neque miror, homo enim in humanam deveni calamitatem; tu verò ita mihi jussidico, si cum me collega solebas dicere. Hæc audiens populus, Imperatorem collaudavit: sique se cognita, latus cum donum remisit. *Cædrens.*

HENRICUS VI. Anglorum rex, princeps optimus, bis in vincula ab Edovardo IV. regni invasore coniectus, sic patiens fuit, ut non vindictam appeteret, sed ob illud ipsum Deo optimo maximo gratias ageret, quod per id sua delicta dilui putaret. Itaque regno exutus, & filio unico F Edovardo occiso, non quam dignitatem, quos honores, quem vitæ statum, quem filium, quos amicos amisisset, magnopere cogitabat, aut dolore torquebatur: sed in qua apud Deum ostensa esset, id curabat, id lugebat, id dolabat. *Polyd. lib. 24.*

LUDOVICUS Bavariæ dux fortissimus, ab Henrico ejusdem familie principe captus, ac in carcerem coniectus, cum animum infractum, & inconcussum etiam facilius in contentis ostendisset: partim apud custodes, partim apud Henricum principem, qui varia ex eo interrogabat, tantum auctoritatis, & majestatis sua potuit, ut hostes non captum, sed liberum esse pronuntiarent. *Æneas Sylvius lib. 3. Com. de reb. gestis Alphonf.*

VICTOR PISANUS, Imperator Venetus, ob Polenfem cladem nullo suo merito, amulorum insidiis carceri inclusus, quanta constantia etiam pettulerit ignominiam, id ipsum declarat, quod non multo post publica universæ civitatis acclamatione emissus, cum lares suos visens, ad divi Emnii, gratias Duci, & patribus egisset, deducente eum populo, ordis neque patriciorum strequentissimo, pugno navarchum percussit, hortantem, ut abrogati sibi imperii, carcerisque injuriam ulcisceretur: eo elogio adjecto. Quacumque occasione bonum civem patriæ dignitatem, & saluten præponere rebus omnibus debere. *Egnat. lib. 2. cap. 5.*

ANTONIUS GRIMANUS, rei maritimæ Imperator, sustulit illi Melchior Triviano, nexus Venetias deductus, dum carceri includeretur: filio Cardinale patrem adhortante, ut hanc ipsam calamitatem forti animo ferret, nec dubitaret, quin in comitiis egregie defensus dignitatem suam, locumque retineret pristinum, id unum respondit. Ego nihil hoc tempore aliud cogito, quam ut Respublica jure suo, & legibus utatur in exilium missus, magno animo etiam casum illum tulit: ut tamen violatis exiliis terminis, Romam ad filium Cardinalem proficiscens, non multo post sit patriæ restitutus, & procuratoria primùm dignitate donatus, mox etiam princeps declaratus. *Egnat. lib. 3. cap. 6.*

CAPTIVITATEM.

DIOGENES Cynicus, cum ei capto latrones malignè H cibum præberent: nec presentis fortuna, nec illorum inmanitate deterritus, dixit, iniquissimum esse, cum porcelli, agnicque venales saginentur diligentius, hominem præstantissimum animal inedia macerari, quasi hoc pacto non redderetur vilior. Itaque accepto quantum sat erat, cum jam esset vendendus, inter cæteros sedit, & prædabat bono animo, impariens etiam proximis. *Philos. Quod omnis probus liber.*

Ad Lycum amnem commisso equestri prælio, terga Romanis verterunt. In eo POMONIUS non obscurus vir, saucius captus est, atque ad Mithridatem vulneribus gravis pertractus. Quem ubi rogavit rex, An si ipsum conservasset, amicus sibi esset futurus? Sanè, inquit, si pacem cum populo Romano feceris: sin secus, hostis Cupus rex admiratus virtutem, nihil eum læsit. *Plat. in Lucullo.*

Regina Palmyrenfium ZENOBIA, cum ab Aureliano Aug. capta esset, Aurelianus ab ea petiit, Quare freta, æquare se Romano Imperatori ausa esset? Ipsa quanquam captiva, atque in ultima